



# Diocese of San Antonio

230 Bluyer Avenue

Revdo admodum Dno  
Fr Joanni Menendez  
Vicario-Provinciali O.P. San Antonio, Texas,  
Mexico D.F.

Reverende admodum Frater in Xto:

Cum magno gaudio tuas recepimus litteras-datas die 15 Martii 1925-  
per quas Nobis communicatur quod Religiosi O.P. ex Provincia Hispano-  
Mexicana statuere nostris hic participare laboribus.  
Utile, immo et necessarium videtur sequentem Contractum inter Ordina-  
rium S. Antonii et Vicarium-Provincialem O.P. Provinciae Hispano-Me-  
xicanae submittere:

- 1-- Assignatur Religiosis O.P. in hac dioecesi S. Antonii parochia com-  
plectens territorium Comitatum civilium De Witt & Lavaca quorum  
civitates principales sunt Cuero, Yoakum, Yorktown et Thomaston.  
Ab eorum jurisdictione tamen excipiuntur:  
A)-Catholici linguam anglicam habitualiter loquentes.  
B)-Mexicani degentes intra 4 kilometros a pagis Nordheim & Westhoff.
- 2--- Religiosi O.P. residentiam suam habebunt in civitate "Cuero".
- 3--- Superiores O.P. saltem duos idoneos sacerdotes delegabunt servitio  
supra dictae parochiae.
- 4--- Superior O.P. praesentabit Ordinario S. Antonii Religiosum idoneum ad  
munus parochi exercendum qui ab Ordinario approbari ab eoque suam  
jurisdictionem recipere debet. Religiosus parochus in officio perma-  
nebit quousque vel ab Ordinario vel a suo Superiore regulari removea-  
tur. Quoad alios religiosos jus eos removendi exclusive pertinebit  
Superioribus O.P.
- 5--- Ordinarius S. Antonii consensum suum dabit ut Religiosi O.P. faculta-  
tes a S. Sede ipsis concessas exercent; insuper ipsis tradet eas facul-  
tates quas delegare ipse poterit ut sacrum suum ministerium expedi-  
tius et feliciter exercent.
- 6--- Cum parochus et vicarii religiosi subsint decretis Synodi dioecesanae  
necnon immediatae jurisdictioni, visitationi et correctioni Ordinarii  
non secus ac Clerus saecularis, ita etiam juribus et privilegiis Cleri  
dioecesani gaudebunt. Speciatim vero gaudebunt administratione omnium  
bonorum quae ad suam parochiam pertinent et jus habebunt recipiendi  
quidquid fideles ipsis offerent occasione administrationis sacramen-  
torum et verbi Dei praedicatione.
- 7--- Si aliquando tempore futuro nova parochia erigenda sit in civitate  
Sancti Antonii pro gente Mexicana spondet Ordinarius huius dioece-  
seos-consultis Consiliariis-hanc Religiosis O.P. committere.
- 8--- Hic Contractus-postquam articulis supra enumeratis subscripserint  
Ordinarius S. Antonii et Vicarius-Provincialis O.P. provinciae Hispa-  
no-Mexicanae-valebit tantum post obtentam approbationem S. Sedis Apos-  
tolicae ejusque dispensationem ut nova supra-dicta parochia "Natio-  
nalis" erigatur.

Pro dioecesi Sancti Antonii (Texas)

*J. Menendez*  
Eppus S. Antonii

Pro Provincia O.P. Hispano-Mexicana

*J. Menendez*  
Vicarius-Provincialis

Property of the Catholic Archdiocese of San Antonio Archives

Datum Sancti Antonii-Texas-die 25 Martii A.D. 1925

